



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio V. De nolitionibus, seu affectibus fugæ voluntatis diuinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ille specialis Domini in Ioannem, ex quo substitutus in Mariæ Filium est ad supplantationem prælationis illius venit; nec tunc quidem est illa magis Ioannem Petro iam amarissime & amarissime Magistri negationem hunc à Domino amatum euincitur; sed enim magis valde in Ioannem propinquum amor; ac de eius fidelitate fiducia, vt Matris solitudini in illo de filiabus officiis prouideret: cum Petrum, non iam Iudæorum timor, sed amica vercedia se motum haberet. Et tandem illud de meritorum, quæ gratia in dies in Ioanne maiore valde cresceret improbatum supponit, & nunquam nobis probandum, sed falsum nobis semper. Nempe è maiore operantis gratia habituali operis meritum crescere: quod adeo commune Receptoribus esse reor, quia profunditatem fundamenti pro opposita sua sententia adstruenda à nostro Vaf. quæ iacti non penetrantur: vt ostendimus controuersia de Incarnatione, & iterum controuersia de merito quoad opus Ioann. numerum longiori adeo tempore maiore: ad quorum excellentiam ex conuicta, & imitatione virginis promouetur quamdiu Petrus vixit (nempe multis post virginis obitum, & Ioannis cum Deipara conuictum armis) Ioannis membra numero, aut excellentia Petri meritis præferri, aliisque fundamento censeo: etenim Petrus Paternitati Christi & dignitati capitis totius Ecclesiæ Christo successit: sicut Ioannes substitutus est filiationi: nec ætatis capitis nunquam dignitatem, & operandi perfectionem aliæque membrum vltim, nec Parentis spiritualis a Deo publicè instituti atque in id destinati Spiritualem Filium illum quippe in cæterorum membrorum, & filiorum exemplar posuit Deus: quem hi satis habent, si imitentur, nec virtutibus æquent: ac poinde ad illi præ membris, & Filiis de copia & excellentia auxiliorum Deus de lege ordinaria prouidit, vt eius virtutes, vt exemplaria, & Prototypi transumptis reliquorum virtutibus præcellant. Hinc bona Theologia Sanctos Religiosos Patriarchæ suo virtutibus, & sanctitate, quantumvis illi sanctitate vitæ, etiam diuturnioris sunt, æquare non audeo: quare neque Sanctissimo nostro Patriarchæ Ignatio, prodigum illud Sanctitatis Franciscum Xauierum, nec Thomam Dominicum: cogita ergo Ioannem, etiam in Filium Mariæ substitutum Petri capitis, & Patris membra, & Spiritualem Filium, & tua omnia argumenta euascent: cogita amoris illius erga Dominum in Petro constantiam, & ardorem perpetuo in profusis lacrymis, anxiamque fletum ad mortem vsque ob Domini negationem solutum: videbisque quantum ex lapsu spiritualis eius cursus profecerit, ac de peruerso, (vt in simili Tertullianus aiebat) penitentia artificiosè sapientiam amoris eius flammis auxiliatam facit.

1. Demum, vt tua tibi solutione satisfaciā, vel tuo te argumento conuincam ea loca quibus pro maiore Domini erga Ioannem dilectione ex Euangelio certum, pro tunc solum, non autem absolute euincunt: cum fuerit, & maioris amoris Petri examen, & ob illam in Ecclesiæ visibile caput, & Patrem à Domino prælatum ex Euangelio ipso posterior; sed ne pro tunc conuincere iudico: semper enim video Petri amorem in Dominum feruentiorem viuidioremque eius faciem, ac ducem fidem suæ in cæna: cum discipulo, & amore Domini tantum armatus, de reliquo incertis in armatorum hostium turmas solus inuehitur, percutitur, fuit, vix Domini iussu quiescens: suæ, cum relictos occuparet, dilectus, diligensque (vt vulgo putatur) discipulus nudus profugit ab eis: fuga certe, quam amore diligenter, & quamvis iam comprehensio Domini cum cæteris Petrus aufugerit: fugit tamen potius: nec ita de imminentibus comprehensio Domino malis insolentibus, & incurtus, vt, etsi à longe Dominum illico non sequeretur, vt anxius de eius salute, Ioannem comitante, videret finem: qua in re maiori se, quam Ioannes periculo exposuit. Hic enim notus Pontifex, cuiusque familiaris erat, eorumque familiaritate secutus, Petrus eis consuetudine ignotus, atque (vt euen-

tus probauit) discipulatu Christi notior, quare & periculosis eius in domum Principis Sacerdotum ingressus, cum eius famuli studiosioris, paulo antea plurimis ex eadem familia adstantibus conferuis, auriculam gladio in Domini defensionem absceidisset: quare maiorem dilectionem Domini erga Ioannem, quoad signa exteriora solum fuisse bene respondit Alexander, & inde solum dignosci dilecti à Domino nomine à reliquis Discipulis, & à nobis potuit: quibus amoris Dei intrinseca magnitudo, & erat tunc, & nunc est viatoribus cunctis ignota. Cum autem signa, & demonstrationes illæ amoris à minori quem Deus habet erga Ioannem, possent reuera proficisci, eis Deus non Ioannem magis diligere, (quod si magis eum non diligeret mendacii speciem haberet,) sed diligere solum demonstrabant: idque solum de se vbiuis testatur, & pie iactat: quia de dilectione aliorum (quæ, etsi maior esset, iustis de causis dissimulari, quoad extrinsecas demonstrationes diutius potuit, dissimulataque à Domino fuit, vt sæpe Patribus respectu filiorum contingit) non item tunc consistit: quibus tunc, nec adeo tenera officia, nec familiaris aderat consuetudo, de his in speciali Apostoli circa maiorem erga alterutrum appretiationis amorem agere Theologo licuit: quia ex literali ac rigido reuelatorum in scriptura quæstionis decisis pendet: quod si Deus affectuuo amore magis vnum, quam alium dilectione, & occasione etiam equali, amare absque iustitiæ late iactura ex parte sui possit, (quod ob nobis ignotos, Deo autem soli fors notos, fines rationesque improbare non ausim) cum eius voluntas, & libertas nullo creato obiecto ad amoris saltem intensum complacentia magnitudinem reuincatur: etsi, quia fines rationesque illæ soli Deo notæ sint, districte inde de amoris Dei magnitudine, neque præsumere liceat, vt aiebat Augustinus, facilius quæstio componeretur. Certe virginis titulus à Hieronymo, & per illum beatitudinis, ubi nuptiæ non erunt, representatio in Ioanne ab Augustino allegata mouere nec ipsos nec Theologum Scholasticum possunt: de maiore Dei erga Beatum Iosephum, Ioachimum & Annam, quam erga sanctos reliquos amore, atque illis inter se se comparatis cuiusque munus attendendum in primis est, probabilibus, prudentiisque definiatur.



DISPV TATIO V.

De nolitionibus, seu affectibus fugæ voluntatis diuinæ.

HACTENVS prosequuntur voluntatis diuinæ affectus examinamus, iam fugæ affectus voluntatis eiusdem sunt examinandi, an quippe illi conueniant? sunt autem fugæ affectus, odium, quod in personam propriæ & strictè dictum est, atque amoris amicitia contrariatur, quamquam, & à malo quouis obiecto auersio odium latè dictum, & abominationis dicatur: tamen abominationis vox sæpe auersionem vehementem ab obiecto denotare consuevit. Deinde mali nondum præsentis fuga specialiter dicta, & timor, quæ desiderio boni nondum habiti contrariatur: de præfenti tristitia, seu dolor, qui gaudio ex aduerso opponitur, ac demum ira,

QVÆSTIO I.

An Deus odium proprium abominationis erga peccatum habeat?

Proponit questio contra Aureolum plures liberos
erga creatura affectus proprietate sermonis Deo
conuenire, neque è liberorum prædicato esse à Deo
proprietate sermonis ablegandos, & metaphoricè so-
lum admittendos: vt ille aiebat locis citatis disput. 3.
pro constitutione actuum liberorum Dei ab ipso ad-
iuncta per extrinsecos effectus: solumque disputa-
tur an ex speciali alia ratione in odio abominatio-
nis repecta Deo erga peccata repugnet, sicuti & de
aliis specialibus fugæ enumeratis affectibus deinceps
disputabitur.

CERTAMEN I.

*Odium abominationis erga peccatum
proprietate sermonis conuenit
Deo.*

1. Prima sententia Deo erga peccatum odium pro-
prium abominationis negat: quia voluntas diui-
na ad complacentiam, & amorem obiectorum determi-
nata est, ac proinde omnis ab obiecto quouis fuga re-
pugnat: ita ille in 1. d. 40. art. 1. propos. & 2. d. 41. art. 3.
propos. 4. d. 46. q. 1. art. 2. propos. 2. cui sententia, & ra-
tioni consensit Henricus in summ. art. 46. q. 3. verum ra-
tio est prorsus inepta: siquidem ex eo, quod Deus ad
amorem vtique ex fua infinita bonitate determinatus sit
inferitur potius ad mali displicentiam, auersionem, &
odium, vt potè bonitati contrarium, determinatum esse
deberet: inde odium proprium peccati necessarium Deo
esse, ac non liberum communiter à Theologis inferitur,
imò verò, vel bonitas infinita Dei determinat Deum ad
alia, non ita bona obiecta quæcunque illa sint, aman-
da, vel secus: si postremum horum consequentia dam-
natur: si primum inferitur amoris sui necessarii toto (vt
sic loquar) eodemque impetu æque in omnia ferri: qua-
re non solum æque omnia vehementer amare (vnde
non solum non amare liberè propriè loquendo hi facile
admittunt) verum nec liberè creata efficere, quod meri-
to, vt potè rationi naturali, & sacris dogmatibus aduer-
sum iidem renuunt. Secundo inferitur Deum necessario
amare peccatum contra fidem: si enim ex amore infinitæ
sue bonitatis ad hoc etiam amandum determinatus
non manet: ergo neque ad propriæ abominationis
odium erga ipsum negationem: patet: quia eiusmodi
negatio, nec amoris Dei erga peccatum, quod non esse
in Deo, imò nec possibilem admittis: nec amoris Dei erga
peccatum contradicens formaliter, & proximè aut re-
motè, & virtualiter apponit. Addit Aureolus odium, &
fugam à malo iniquitatem Deo indignam asserre:
quod non probat, falsumque ex dicendis constabit. Ej-
dem sententiæ Durandus in 4. d. 17. q. 7. num. 10. vt vide-
tur multis, & expressè etiam Sanct. Thom. 1. contra
gentes c. 96. maxime à med. Dei in peccatum non pro-
priè, sed similitudinè: odium admittens: vbi Ferrara
& Capreol. in 1. d. 45. art. 1. conclus. 8. & Author opus-
culi de prædestinatione falso Sanct. Thom. adscripti ca-
pit. 7. sub init. Nazarius prima parte, quæst. 20. arti-
culo 1. à columna 2. Horum rationibus certamine 2.
occurritur.

2. Dicendum est: Deus proprium odium abominatio-

nis erga peccatum habet: ita expressè S. Thom. 1. p. 2. q. 9.
art. 2. ad 4. affectus alios iræ, timoris ob speciales im-
perfectiones cuiusque simpliciter Deo negans: odium
verò simpliciter erga peccatum admittens q. 23. art. 3.
ad 1. & 1. d. 19. art. 5. consonat q. 28. de veritate anima
corp. sub fin. & 3. cont. gent. cap. 17. rat. 2. Richardus 2.
d. 32. art. 1. q. 1. ad 1. Argentina q. vnart. 4. ante med. ma-
lina 1. part. q. 20. art. 1. fine. Valquez d. 84. cap. 3. Suarez 1.
de attributis cap. 7. n. 5. Arrubal cit. q. 20. num. 6. Huet
tract. 2. d. 20. cap. 4. sub init. Ruiz de volunt. 5. d. 1. c. 1.
n. 16. Ariaga d. 25. sect. 4. Ioann. Prepos. q. 19. art. 5. effi-
etiam Magistri sentent. in 3. d. 32. cap. ult. & reliquorum
Theologorum, atque æstimo omnium Patrum, afferen-
tium simpliciter Deum, & peccatum & peccatores, saltem
qua tales, simpliciter, & absolute odisse. Probat ex scrip-
tura Psal. 44. *Odisti iniquitatem. Plalms. Iniquitatem odio
habui. Prouerb. 6. sex sunt, quæ odit Dominus & spiritum
detestatur anima eius. Sap. 13. quoniam odibilia tibi opera fa-
ciebant: & 14. similiter odio est Deo impietas & impietas eius.*
Iudith. 5. *Deus illorum odio iniquitatem.* Ecclesi. 15. *Non
dixeris per Deum abesse: quia enim odit ne feceritis: post
verbum vnum. Omne excruciatum erroris odit Dominus.*
Isa. 1. *Solemnitates vestras odit anima mea.* cap. 66.
Ego Dominus odio habens rapinam in holocaustis. Hieron.
44. *Nolite facere verbum abominationis huius (scilicet)
quam odit. Prouerb. 8. Arrogantiam, & superbiam pro-
os bilingue detestatur. cap. 15. Abominatio est Dominus inani-
pij. Zachariæ 8. Omnia hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus.*
Matth. iuxta versionem 70. apud Hieronymum. ad eum lo-
cum: *Omnia quæ odorem faciebatis, & 1. Paralipom. 2.
displacuit autem Deo quod iniustus erat. Ecclesi. 9. Dis-
plicet autem Deo infidelis, & iniusta promissio. Consta-
to omni loca plura, quibus Deus abominari, & odisse
peccatores, ac male, seu prae operantes testatur, ne
inutiliter repetantur: siquidem rigidos Theologorum
sensus q. 2. examinandus est: quare, & illo sym-
bolico ac Patrum & Interpretum ad ea loca recitatio pro-
stat. Ex his vero locis datis, aliisque, vel similibus,
vel æquivalentibus, præ eorum multitudine omitti, si
arguo: frequens totiesque repetita scripturæ locatio
proprietate sermonis intelligenda necessaria est: vbi nec
scripturæ testimoniis clarius aduersis, ratione Theolo-
gica inrefragabili, & certe non repugnat: ex regula
veritissimi Ticonij Augustino, ac reliquis Patribus &
Theologis probata: atqui odium Dei erga peccata in-
quenter, totiesque, ac semper, & vbique sermo in-
iunctus à scriptura asseritur: ergo proprietate sermonis odium
Dei erga peccata ab ipsa asseri intelligendum est: ge-
nerale hoc principium, imò & discursum, ex eo ad
præsentem materiam deductum, confirmat ad verba Za-
char. 8. Hieronym. sic factus, in præceptis, quæ ad eum
pertinent, & sunt perspicua, non debemus quæri allego-
riam: ne iuxta comitum nodum quæramus in scriptis. Hæ-
tere omnia, & alia Patrum tam præsentem, quam sequen-
te quæstione recitanda non solum de formalis sed & de ma-
teriali peccati expressa esse constat.*

3. Confirmatur ex conformibus semper huic locutio-
ni scripturæ Patrum locutionibus, ac definitionibus
Concilio, quæ nulloque, nisi propriis locutionibus
ac verbis, sermonis, ac significant proprietate eorum
edue possunt: ne tota definitionum autoritas conu-
si voces earum à proprietate sermonis ad metaphoriam
& figuratas locutiones distrahere liceat. Concilium
Arausicum, à Leone Magno approbatum sic definit:
*suam voluntatem homines faciunt, non Dei. quando
faciunt quod Deo displicet: nempe peccatum, seu peccati
actionem; quam sententiam ex pluribus Patribus re-
citatimus controu. 3. de decreto concurrendi ad materiam
liberis creatis d. 2. de decreto concurrendi ad materiam
peccati q. 2. quare vnum tantum, vel alterum ex Pat-
ribus producam. Clem. Alexand. 1. Pedag. cap. 8. post mo-
eum, qui bonus est, quatenus bonus est, sequatur autem
vitijs. August. in Psalms. 50. ad id. Arguam te, ait: quæ
parte tibi displicet malum, quod commisisti. Deo con-
geris. Hoc enim tibi displicet, quod & illi, spiritus ius-
Sixtum longe à medio, & quid odit in Esau, nisi
ginale peccatum? & 1. ad Simplician. q. 2. post med. &
quid odit in homine, nisi peccatum? tract. 1. 10. in locum
verbi. finem post multa alia. Merito quippe odit, & repugnat*

à vñula sua aris alienum, improbat vitium. Similiter loquitur ferm. 30. de vers. Domini, & sepe alias recitandus quæst. 1. Chrysost. tom. 3. ferm. 8. de Resurrect. vers. illa. illud illa. 1. Neomenias vestras. & sabbata vestra odi-
 anima mea: sic pendit: & qua tandem re placere Deo poterunt, cum ipsi diuini cultus laetitia displiceant: qua ergo his propitiandis reatus spes est, quibus propitiatio ipsa veritur in peccatum? Bernard. ferm. 3. in Pentecost. sub med. Spiritus iste odit sordes, nec habitare poterit in corpore subdito peccatis: cui enim proprium est peccata repellere ipsi & proprium est peccata odire. Hac ab authoritatibus nunc sufficiant præter data. controu. 7. d. 2. & recitanda postmodum quæst. 1. Ex quibus satis clare deducitur proprie odio peccatum esse Deo, & actionem prauam, qua materialis peccati essetque ab homine procedit: cum id scriptura, Concilia, Patres adeo constanter, & frequenter afferant: nec ratio aliqua Theologica oppositum, vel leuiter, suadeat, vt eas locutiones ad improprios, metaphoricos, & figuratos sensus distrahamus: vt ex oppositum solutione constabit certam. 1. immo recitatis testimoniis rationes proprietatis odij Dei in actiones nostras prauas & peccata continetur, vt statim à ratione agendo clarebit.

4. Ergo à ratione probatur primo: quia quoties nominum à creatis ad Deum translatorum proprium aliquod significatum speciale est, quod imperfectionem nullam de se suoque formali conceptu dicat, est in creatis, quibus significandis primo imposita sunt, aliquid imperfectionis continent propriam esse in Deo acceptiorem secundum illud proprium significatum ab imperfectionibus illud in creatis comitantibus ad purum erectum perspicuum & statum in Theologia est (alioquin nihil de Deo proprie sed translative solum diceretur cum omnes voces nostræ creatis obiectis qua, ab imperfectionibus identice etiam comitantibus suppurata non sunt significandis inuenta primum & imposita fuerint) Atque in voce odij proprie accepta est aliquod proprium significatum speciale, quod de se, ac formalitate sua nullam dicat imperfectionem ex his, quæ odio creato adiunguntur: ergo proprie, ac non translative, & figurate solum, odium dicitur de Deo: minor probatur: quia, est in odio creato, quædam sit commotio animi & inquietudo (quæ imperfectio quidem est Deo indigna) ita eo significata, aut illam odij significatum proprium, & purum, non claudit (vt argumento secundo supponebat fallor Aureolus) nempe displicentia de malo quæ omni affectui fuga generalis est: atque in peccatoribus, & in damatis etiam, dum peccatum causant, & conferunt, quæ quidem honesta, & bona de se est: item talis displicentia, qua, seu vi cuius, quis, nec gaudere villo pacto possit ex eo, quod sit, neque, vt sit velle, ac rursus ex parte sua, siue, quoad odio habentem attinet, efficaciter velle vt sit, seu velle, vt non sit quod odit: hoc autem nullum dicit imperfectionem vt patet: atque in Deo subinde inueniri potest, de facto quæ in Deo inueniatur erga peccata: ergo significatum proprium ab omni imperfectione excoctum vocis odij conuenit Deo: quare, & vox ipsa odij erga peccata proprie dicitur de Deo. Minor hæc proxima, quoad proximam sui partem, de se se constare diximus: quare, quoad secundum solum, quod scilicet id totum, quod speciale vocis odij significatum proprium esse dixi, Deo proprie conueniat de facto, probandum erit: eius vero partis probationes primam etiam eiusdem minoris partem, immo, & in maiori posuimus, satisque, est obiter probauimus, de superfluo etiam confirmabunt.

5. Prima eius partis probatio, & alterius, ac maioris etiam confirmatio data est: verbis recitatis ex Clement. Alex. etenim amor boni in eo, qui bonus est, maxime per essentiam suam, odium mali, quoad significationem latet, & connaturaliter proinde, quoad exercitium, consequitur: atque Deus bonus essentia sua est: ergo in eo amor boni, etiam extrinseci, & odium mali necessario, quoad speciem, quoad exercitium vero, connaturalissime, quare, & de facto adiunt: simillima huic est probatio secunda contenta illis August. verbis datis ex tract. 1. 10. in laudem ex eo, quod Deus est essentia sua prima regula honestarum actionum: ergo sicut Artifex bonus quivis naturalissime, quod à regula suæ artis deficit vult non esse

Corrupt. ph. de Ortgâ de Deo vno, Tomus II.

& factum improbatum vt & Deus. Tertia probatio: quia quilibet alicui sermo, & quatenus ex ipso est, alicui vult bona, ex eo præconcepto affectu vult, vt illi mala & nocua non adint, ac de ipsi malis aduenientibus displicentiam feriam, seu odium verum, & proprium erga illa habet: atque Deus creaturæ rationali sermo & efficaciter ex parte sua vult bona omnia honesta, & summam felicitatem: ergo ex ea voluntate præconcepta vult sermo, vt ei non accident nocua, & inhonesta, summam eius felicitatem auerterentia, & impediencia: & replicetque sermo ubi accidunt quod est ea proprie odisse: atque eiusmodi sunt peccata: ergo proprie odit peccata. Minor discursus huius sæpe à nobis monstrata est controu. 7. d. 3. & contr. hac 4. d. 4. consulto omisi probationem aliam huius discursus ex amore quo, & se, suam bonitatem, & perfectiones amat quarum destructiuium de se esse peccatum à nonnullis contemplatiuis, immo & Scholasticis, dicitur: quod rigore vocis dictum fallum prorsus est: neque eo rigido sensu à Doctore Catholico recipi: seu intelligi potest: sed solum per deficientiam à diuina bonitate, cuiusque regula, & voluntate, non autem, vt quid eis vilatenus nocuum, nedum destructiuium aduersari: quare eo solum sensu à nobis ex Patribus proxime dato prob. 1. & 1. discursus hic ex amore Dei erga seipsum vim potest habere. Huc spectat definitio odij. Thom. 1. 2. q. 29. art. 1. corp. fin. & in 2. d. 5. q. 1. art. 3. ad 1. ex qua 1. 2. q. 16. art. 7. ad 7. & q. 34. art. 3. ad 1. & q. 2. de verit. art. 9. corp. concludit: omne impediens à beatitudine esse odio habendum, quia nocuum: ergo, & peccatum, circa quod odium ex citata definitione versatur. Ac tandem in odium peccati proprie posse in Deo esse connaturalissime admittatur reatus culpa diuersus à reatu peccati, à tota Theologia admissus in peccato aboletur. Quarta probatio: quia ex Aristotele 1. Rhetor. cap. 4. fine. odisse est velle, vt non sint ea qua odimus. Atque Deus siue sua vel altera ex rationibus, siue ex omnibus rationibus proxime datis vult non esse peccata ad Rom. 6. vt destruat corpus peccati, ad Hebr. 9. ad destructionem peccati: & peccatores, quia tales, Plal. 103. deleui peccatores à terra, & iniqui inani non sunt: ergo proprie odit peccatum Deus: continet discursum testimonium ex Bernardo recitatum num 3.

CERTAMEN II.

De libertate vel necessitate odij Dei erga peccata, & obiectorum solutiones.

1. De necessitate, aut libertate odij Dei erga peccata exacte disputatum à Doctoribus non inuenio: solum video, tanquam exploratum quid, & rei natura notissimum Dei in peccata odium prorsus necessario concipi à Deo supponi: ita vt eius naturæ, bonitatis, & perfectioni illud omittente repugnet: id quod & Clem. Alex. testimonium recitatum cert. 1. n. 3. videtur innuere, & ratione illa de contrarietate peccati cum Deo, cuiusque bonitate, & perfectionibus eorum omnium de se destructiua putatur conuinci: verum, vt cert. 1. n. 4. insinuauimus hæc ratio sensu vocum proprio, & significatu indigna Scholastico Doctore est, vt iam ostendi, vt autem omnimodam necessitatem odij peccati in Deo concludat eo rigido sensu, & significatu vocum sumi debet. Nisi enim peccatum bonitatis diuinæ, ceterarumque perfectionum, ac subinde Dei destructiuium nocuium ei proprie sit: vnde illi, secundum se, siueque intrinseca sumpto, odium peccati necessario, atque à sua voluntate prorsus inenitabiliter succrescat, quod rigido vocum sensu ex ratio Doctore Scholastico indigna sit, de se patet: Nam proprie & vere destructiuium alterius ipsive nocuium solum esse potest ad alterum destructiuium, & nocuenti capax: atque utriusque incapax Deus est: ergo nequit illius esse destructiuium eive nocuium vere, & proprie peccatum. Dicitur vulgo esse quatenus ex se est, peccatum vere destructiuium Dei quia in id de se tendit, si Deus destructiuium, & nocuenti esset capax: ergo de se solum est destructiuium & nocuium

nocium Dei sub hypothesi impossibili & quid curā Deo erit, qui repugnantia destructionis, & nocuenti sibi intrinseca, & notissima à Deo in tuto à maligna inclinatione illa nativa peccati nostri necessario studio, & odio caueat ne peccatum sit, vel ut positum destruat: certe, quod ad sua commoda, vel incommoda attinet potius inanes & ridiculos illos nativos conatus videre deberet, quam odisse: multoque magis, quam nos ex accidentali praeuentione in tuto, ab hoste ferocissimo & truculento positiones, eius ferociam ridemus, & minas truces. Ad hanc naturalis potentia ad impossibile, adhuc conditiōnata ex parte obiecti, non vera, & propria sed chimærica est: solumque esse, ut summum potest intentionalis conatus voluntatis in impossibile ut tale cognitum, sub hypothesi quod esset possibile, non autem conatus seu inclinatio, & impetus physicus: neque in Dei Omnipotentia, est, ut eius a possibilitate creaturarum independentiam, & inconnexione explicemus, simili conditione impossibili, quoad nos, explicemus: sed instabis ex illo Pauli ad peccatores: *Rursus crucifigentes in vobismetipsis filium Dei*: sed deo rogo an secundum Deitatem? negabis Catholicè: solum ergo est per communicationem idiomaticam ob unitatem virtutisque naturæ in persona Filij Dei, mysterio Incarnationis, & ministerio vniuersi hypostatice petactam.

2. Dico primo Deus libertate exercitij, & contradictionis, secundum se, & necessaria sibi sumptus, libere odit peccatum. Hoc autem ut probabile docet atque ab obiectionibus vindicat ut minimum, noster Ioannes Prapositionis. 1. p. q. 19. art. 3. d. 3. num. 3. collor. 2. ino, & aliquid amplius, siquidem Deum cum omnibus, quæ de facto habet præter odium ipsum, & de cuius libertate disputatur, supponit, & tamen cum libere odisse peccatum, ut eius potuerit odium omittit, defendit: imò nec Beatos ad odium peccati in exercitio, & visione adhuc beata necessitati respondet, cum inde ad necessitatem odij similis, quoad exercitium in Deo arguitur: Porro totum Doctores huius argumentum & eius fundamentum fuit debilitas, qua communiter repugnantia potentia in Deo, ut ab odio actuali peccati abstat ostenditur: ex eo nimirum, quod peccatum sit Dei & perfectionem eius destructionis cuius fundamentum debilitatem proxime ostendimus; sed quamvis id ad conclusionem defendendam factis sit, uti, & reliquis in questionibus de potentia absoluta affirmatiuas: siquidem repugnantia ostensio, & probatio negantibus aliquid fieri posse absolute incumbit, quorum repugnantis adductis complanatis nihil contra affirmantes efficitur: tamen, cum plures aliæ repugnantia nobis ignota esse possint, absoluta possibilitas ex adductarum complanatione non satis fundatur quovisque positum medio probetur: solumque asseri cordatè in questionibus de potentia absoluta potest repugnantiam non apparere, cum adductæ omnes deprehendantur inanes: idcirco potentiam diuinæ voluntatis, ut ab odio peccati pro libito abstat non solum argumenti oppositi reiectione, sed positivè ratione à priori sic proba: Implet voluntatem diuinam infinitam summamque, quoad affectus suos liberam, summamque, ut sic loquar sui potentiam ab obiecto, aut motiuo essentia sua non infinito & diuino determinari ad exercitium affectus: atqui peccatum essentia sua infinitum obiectum diuinum & motiuum non est: ergo implicat voluntatem diuinam determinari à peccato ad affectum odij circa illud.

3. Maior est Theologicum principium necessarium ad demonstrandam libertatem diuinæ voluntatis in affectibus prosequutiuis bonorum creatorum: in quorum libero amore præoccupata est eualio de specificatione, seu obiecto primario, seu motiuo omnis affectus diuini, quod non nisi infinita Dei bonitas est: siquidem eo non obstante affectus prosequutiuis erga non ita infinita bona creata libere quoad exercitium à Deo habentur: in illo autem essentia sua infinitum, & diuinum præoccupata etiam est eualio alia ex infinitate essentia sua, & simpliciter quam aliqui in malitia, seu offensa mortalis admittunt: quia infinitatis essentia sua, & simpliciter conceptum non intellexere: contra quos alibi, nunc autem addito illo, & diuino vocum clusiones interclusi, ne hic eiusmodi doctrinam de malitia mortalis infinitate simpliciter, & essentia sua tom. 1. de Deo vno quæ idem

ac diuina infinitas est, (ut sepius controu. 1. 1. & 3. ostendi) intempestive confutarem. Secundo probatur: quia si ea necessitate quoad exercitium ferretur Deus in odium peccati, tota efficacia, vehementique necessario peccatum odio, sui impos, haberet: cum eo autem permissum peccati (quam malo nostro experimur sapientem) locus non esset: siquidem vehementissimum mali contrarium odium determinat illud habentem, ut viis omnibus fieri possibilibus mali eius aduentum, & existentiam auerteret: uti experimentis quotidianis didicimus: Hinc etiam impugnari ea ratio quam didicimus n. 2. de determinatione Dei, quoad exercitium ad odium peccati ex sui amore, ut potè sui destructiui, validius adhuc, impugnat, ut de se claret.

4. Dico secundo: Deus secundum sua necessaria præcise sumptus necessitatus quoad specificationem est ad odium peccati: in hac conclusione omnes Theologi conueniunt, debentque, qui successerint reliqui, conuenire: est siquidem eadem, atque hæc Deus nequit amare peccatum, quæ est apud scripturam Concilia Patres & Theologos constans: cui enim aliter ex duobus contrariis affectibus erga obiectum aliquid est impossibile est liber prorsus, in alterius vel alterutius exercitio de efficientia sit, determinatus quoad speciem ad alterum affectum est. Est enim determinatio, ut si circa illud versari affectu aliquo velit, huius speciei non autem speciei contrarie affectu versari necesse debet: ergo posita absoluta impossibilitate versandi circa obiectum aliquid amore est determinatio, & necessitas versandi circa illud affectu odij, si circa illud versari velit: atqui Deo; secundum necessitatem sua præcise sumpto, adest absoluta impossibilitas amoris peccati: ergo necessitas, quoad speciem ad odium peccati: subsumptum antecedens præter præfatum omnigenæ autoritatis fundamentum probatur ex ratione 1. & 2. a nobis datis certam. n. 5. atque testimoniis Clementis Alexand. & Augustini ibi contentis. Tercio: quia nulla, nedum diuina, voluntas secundum se sumpta in malum, ut malum ferri affectu amoris potest: Dixi *secundum se sumpta*: quia affectu odij inimicitie erga personam aliam libere supposito, & præconcepto malum eius ipsi velle, quia malum ipsi est non solum possibile iudicio, sed quotidie euenire. Hoc autem conclusioni nostre non aduersatur, quæ de Deo cum necessitate solum considerato liberis affectibus cunctis nunc procedit. An vero id etiam in Deum cadere possit q. 1. videbimus.

5. Dico tertio: Deo conaturalius est peccati odium aliquod; imò, & necessarium moraliter quoad exercitium, si cum præhabitis de facto libere ab ipso affectibus consideretur: nempe Paterno ex parte sui affectus, quæ vult seruo nec solum fieri, sed beneficii voluntate, quæ nobis à scriptura & Patribus innotuit, omnes homines saluos fieri, dixi *odium alienum* non adeo adhuc ex parte sua vehemens furor, & efficax, quantum ab eius voluntate concipi posset, ne ut dixi n. 3. sine via permissio peccati omnino præcludatur. Hoc probatur ratio Theologica tria pro conclusione de facto certam. 1. n. 4. ostenditque infra pro conclusione de facto certam, & auxiliorum super prouidentia sufficientium de facto (quod ipsum de Angelis omnibus in via fuit) ex Paterno eiusmodi affectu: quæ autem de omnibus, & pro omnibus conatur affectu aliquo prouidentia prouenit, non solum conaturaliter, sed ex morali quadam necessitate prouenit: super & scripture loca, quæ vniuersum & indefinitum Deum peccata, & scelera, seu viam omnem iniquam, & iniquitatem odisse testantur: id enim ex aliqua saltem moralitate, & determinatione in Deo fore significat: contra tres huius certaminis conclusiones nihil momentaneum, vero similitudinis allicui obici posse video: præter fundamentum antiquiorum contra conclusionem primam à nobis non solum solum, sed confutatum, & diffictum numero primo, & 3. siue: quare ad ea, quæ contra conclusionem de facto certaminis primi obiciuntur venio.

6. obiciuntur primo plures Patres, referendi quædam, qui id *Esau autem odio habuit*, & similia metaphorice dicta interpretantur: sed loquuntur plane de odio inimicitie erga personas: de quo hic non agitur: obiciunt Thomiste pro aduersa citati rationem S. Thom.

1. contra gent. cap. 9. 6. odium, & amor propriè solum est de substantiis; atque peccatum subsistens non est: ergo nec in illud odium propriè Dei est: sed certè loquitur de odio inimicitie, & amore amicitie, qui solum erga substantias, seu personas est: alioqui neque accidentia physica, nec moralia bona, ut virtutes, Deus amaret, quæ exploratores substantias non sunt: quare, vel voce subsistentes posita à S. Thom. possent hi Thomistæ eius mentem, & rationis vim assequi. Secundo obijciunt ex eodem S. Thom. q. 12. de malo art. 4. corp. & 2. 2. q. 1. § 8. art. 4. corpore probante odium, quia vult malum proximi, seu personæ alterius, ut malum ipsius est, malus peccatum esse, quam iram, quæ malum alterius, non qua illi malum, sed qua bonum seu iusta vindicta est intendit: quo pacto solum vult Deus malum pœnæ peccatori, cum cum dicitur odio habere: ac proinde odium proprium non exercet: & hæc etiam ratio solum de odio inimicitie erga personam scilicet, potest probare non convenire propriè Deo, non autem de odio peccati, ut de se patet: vult absque vilo fundamento pro negante odium peccati propriè Deo convenire S. Thom. refertur, nec sine inconstantiæ nota: cum illud toties Deo convenire docetur: frustra igitur Nazari. 1. part. quæst. 2. art. 1. col. 3. & 4. Ferrara 1. contr. gent. ex his rationibus, tanquam S. Thom. sentent. negativam defendunt: contententes curæ e. eo, quod sit in Deo affectus omnis erga & se, & nos, amor, peccatum propriè non edisse cum inde potius illud odium conuincatur quia nociva ei quem amat, quæ nobis peccata sunt, debet odio habere.

7. Denique apparentius posset opponi odij & vniuersum omni affectus fugæ diuinæ voluntatis nullum specificatum esse posse: siquidem malum seu peccatum diuinum quid, aut Deus non est, sed quid creatum, & ab homine ipse loquendo factum ac prorsus extra Deum: ergo nullus affectus diuini potest esse specificatum: Consequenter probatur ex dictis de specificatio adæquate scientiæ & volitionis diuinæ, quod totum Deo intrinsecum & identitatum esse debere docuimus: ac Deus ab extrinseco, & creato aliquo quoad intrinsecum pendet: sed nec vult Deo intrinsecum potest esse odij aut fugæ specificatum: quicquid enim in Deo est lumen, atque infinitè bonum, & amabile & prosequibile à voluntate diuinæ est: ergo solum amorem, & profectionem voluntatis diuinæ potest specificare: non autem fugam & auersionem: sicut communis est profectionem boni esse naturæ suæ fugam, & auersionem mali: quare, si Deus omnis boni omni amorem suum specificat, bonitateque sua intentionaliter obiectiue mouet, omni fugam & auersionem mali adæquate etiam specificat, & mouet. Cæterum amor boni formaliter odium mali non est: sed solum virtualiter: quatenus amantem boni actiue seu physice, ut in creatis, siue solum intentionaliter ut in Deo ad oppositum mali fugam, & auersionem affectiuam determinat: quæ fugæ huius, & auersionis affectiue, quæ diuersus in creatis ob amorem boni physice affectus, imò & physice affectus est, in Deo autem intentionaliter solum, diuersus affectus, & effectus, ut sæpe supra explicauimus, oportet specificatum, & motuum formale proximum assignare: quod inassignabile argumentum oppositum monstrare contendit.

8. Et quidem, si antiquorum verbis, & doctrinæ de moralis, & specificatiuis affectuum diuinæ voluntatis stemus difficile nos ab hoc argumento expedimus, quia Deo intrinsecum prorsus, & adæquate identitatum affectum, ab extrinseco peccato motiue pendere, & specificari contra diuinæ scilicet ob extrinseco omni independentiæ prærogatiuam Deo propriam) admittamus. Cæterum, si præcipue eorum menti, potius quam verbis intendamus, atque motui ac specificatiui obiecti rationem (quam non satis illi dispexerunt) in obiectis diuinorum affectuum didicimus, prælatæ oppositionis difficultas tota euanesceat: illi siquidem rationem specificandi à ratione mouendi ad affectum indiuisum, atque inseparabilem iudicantes, bonis etiam creatis rationem mouendi Deum ad amorem negarunt, ne illis rationem illum specificandi, ac diuini alicuius subinde à creatis obiectis dependentiam, vtopiæ ab specificatiuis concederent: quare & eis obiectis rationem suam respectu

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

amoris Dei sibi ipsis, ac doctrinis suis, singulis quoque obiectis aduersantes, ut d. 3. vidimus: cum autem nos ibi rationem specificandi à ratione mouendi in obiectis, respectu cuiusvis diuini affectus, separabilem inuicem à ratione specificandi dilucide ostenderit, facile nos ab hoc argumento & instantia data expedimus. Mutua enim hac diuisione admittit totius affectus diuini specificatiuum diuinæ bonitas est: quia, ut ad creatam extenditur obiecta ob earum bonitatem, sit obiectum motuum, sed solum, quatenus diuinus amor ad Deum ipsum fertur: è contra verò creatam bonam motuum obiectum bonitate sua amoris erga ipsa diuini sunt: quin illum specificent, ab ipsisque is amor in sui totius existentia pendat: quod ipsum in odio peccati, ab amore oppositi boni intentionaliter diuersi, contingit: qui totus specificatiuum adæquatum sui in Deo habet, quia obiectum motuum formale proximum sui habeat in Deo, quod tamen habet in peccato extrinseco, eiusque malitia, quin ab eis specificetur in suiue existentia dependeat: etsi actiue intentionaliter bonitatis amore diuino, cui physice identitatur, proueniat.



QVÆSTIO II.

An odium inimicitie erga mortaliter peccatores propriè in Deo admittendum?

Restringit quæstionis titulus odium inimicitie propriè Dei ad iam peccatores atque absolute existentem in peccato: de eis quippe possibilibus, vel solum possibiliter peccatoribus quæstio esse non potest cum ex generali nostro principio quod possibile qua possibile fuit pro eo statu præcisè non possit diuinum amorem terminare quod ipsum de odio argumenta ibi data suadent: tum etiam: quia odium Dei in peccatorem præcipua pœna peccatoris est & reliquarum origo & quam proinde absolute nondum absolute merenti infligere esset iniustum, Deoque subinde repugnans.

CERTAMEN I.

Doctorem sententiæ contrariæ referunt nostræque prima assertio.

R Viz noster d. 54. de voluntate sectione 3. num. 6. peccatores absolute tales pro clariore sue in hac quæstione sententiæ probatione in tres classes, non immerito, diuisit: primam ex peccatoribus viatoribus prædestinatis, secundam ex viatoribus etiam peccatoribus, præcitis & reprobis: tertiam ex peccatoribus iam absolute post decessum in mortale in æternum damnatis composuit: satis autem fuerit eos in duas classes damnatorum pro eo æternæ damnationis statu, & viatorum pro statu adhuc viæ, siue reprobi, siue prædestinati sint diuidere: siquidem pro viatoribus cunctis rationes vniuersim inimicitie odij proprii Dei obiectum non esse probant (peculiari nostra pro prædestinatis numero 5. adhibenda excepta) si quid probent: etsi ex in prædestinatis clarius cluceant, non tamen ita, ut, si de viatoribus reprobis non probent, probare speciatim de prædestinatis peccatoribus possint: quare hæc solum diuisione peccatorum in classes duas de præsentis quægenus

2. Pater Vasquez 1. part. d. 84. cap. 3. n. 13. cum quo Arrubal ad quæst. 20. numero 6. Herize d. 20. cap. 4. §. 1. docent Deum vniuersim peccatores omnes, pro illius

T 2 status

status tempore, odium proprium habere: fundamentum ab autoritate frequens, & vniuersalis scripturæ phrasid est, quia peccatores Deum odisse eiusque inimici abfolutè dicuntur: ex ore infantium, &c. Propter inimicos tuos: ut destruas inimicum. Psalm. 20. inueniat manus tua omnes inimicos tuos: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Psalm. 36. Inimici Domini mori, &c. Psalm. 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, &c. Iacob. 14. qui voluerit amicum esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur. Ad Hebræos 10. Donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius, & sexcenta alia; cum autem inimicitia propriè mutuum odium, sicut amoris mutuum amicitia propria includat, nequit propriè inimicus peccator dici, vti ex frequenti hac locutione scripturæ dici conuincitur, quin in Deo odium inimicitia proprium erga peccatorem respondeat. A ratione: quia odium inimicitia proprium ex specie sua esse velle alicui malum ex displicentia personæ, seu quatenus malum eius est, vt ex S. Thom. questione 12. de malo, & 2. 2. quæst. 158. referebamus quæst. 1. certam. 1. num. 6. & approbat Caietanus 1. 2. q. 1. 9. art. 1. & Ferrara ac Nazario eo num. 6. memorati: atqui Deus vult peccatori ex eius displicentia, & quia malum penale ipsius est, mortem, & alia plura incommoda, & nocua: ergo cum propriè odit odio inimicitia.

3. Secunda sententia vniuersim proprium inimicitia odium erga peccatores siue in statu viæ, siue in statu damnationis æternæ, denegat Deo S. Thom. citatus, quæst. 1. certam. 1. num. 1. cum Capreolo, Ferrara, Nazario ibidem citatis, ipse enim de odio inimicitia erga personam peccatoris loquitur, vt certam. 1. num. 6. ostendimus, non autem de odio abominationis erga peccatum, vt perperam citati Dominici eius sententiam & mentem extendunt: consensit S. Thom. in præsentè conclusione Soares 3. de attributis cap. 5. fine & cap. 7. num. 5. Ruiz citata sectione à num. 4. cæteris eruditius, & subtilius: & ex scriptura pro ea conclusionis generalitate nihil afferri posse videtur: ex Patribus vero id ad Rom. 9. Etsi autem odium habui interpretantibus afferri plures possent, qui per metaphoram dictum volunt: id tamen conclusionem ea generalitate non probat, sed primam à nobis subiiciendam, eiusque testimonio confirmandam. Recitatur Ambros. lib. de Noë & Arca cap. 4. ubi Deus naturæ non innotuit nisi ira aut odio aut passione vlla, sed extremis verbis mentem aperuit: passio enim, & rationem excedit, nec, nisi animi commotione & perturbatione est, quæ in Deum non cadunt: quare neque odium vllum, quod passio sit. Secundo: si ita non censere, sed odium omne etiam abique passionis defectibus à Deo Ambrosius reieceret conclusionem communem de odio proprio peccati impugnaret: eadem de causa præstat nihil illud Damascen. 1. de fide cap. 14. sine dicentis odium aduersus malignitatem, & inimicitiam, metaphorice etiam solum, de Deo dici, quod directe illam conclusionem communem impugnatur, ni de odio vt passionum imperfectioni (vt in nostro euenit) coniuncto intelligatur, vt patet; nam de malitia & peccato verba expressa sunt: quæ à ratione vniuersim asseruntur cert. 12. diluamus.

4. Dicendum primò cum Doctoribus secunda sententia: Deum neminem peccatorem viatorem propriè odit: probatur, & autoritatibus, & rationibus quibus d. 3. & 4. probauimus Deum omnium hominum, etiam reproborum, salutem, & ex eorum complacentia, & amore serio ex parte sua, & quatenus per ipsum est efficaciter velle, de eorumque malis culpa & c. dolore, hisque vitandis, & æternæ salutis consequendæ cunctis de mediis & remediis (etiam magnifico incarnationis, passionis, mortisque suæ, cum adhuc impij essimus) prouidisse: vnde amore amicitia plus peccatorem penitentem innocente iusto dilectum à Deo concludimus: eis ergo locis fundamenta omnia nostra huc aduocanda, conclusionem cum hanc vrgentius adhuc probant: quibus addendum illud Augustini tractatu 8. in epist. Ioan. longè à medio. Deus amat peccatores. Ait enim: non est opus valentibus medicis, sed male habentibus. Numquid ad hoc amant peccatores, vt peccatores remanerent? illud etiam eiusdem in Psalm. 130. ad id: desinant peccatores à terra, & ini-

qui, ita vt non sint: nempe, vt non sint iniqui: & illud hoc Psalmi: impleus est gaudium, & reuocatur versum primum Psalmi: Benedic anima mea Dominum: quia licet benedictio, & amor peccatoribus viatoribus est quod odium sonabat, & maledictio: vt cum etiam verum commentans Prosper ait: iracundia, & odij videtur vox ista, sed est præcipua charitatis. Hoc enim ait, quod, & supra, vt auferatur Spiritus superbiorum, & efficiant, & mittatur in illos Spiritus Dei: vt fiat nova creatura, deficiente malitia, non peruenit substantia. Ad quem etiam verum & simul id Hæc. 6. Comburentur iniqui, & peccatores simul, &c. sic Hieronym. 1. contra Pelag. Non intelligi comminationem Dei interdum suare elementiam; non enim dicit eos æternis ignibus comburos, sed à terra desicere, & iniquos esse cessare: Confirmatque immediatè ex illo ad Hebr. 12. quem enim diligit Dominus corripit, &c. Aliud est cedere Magistri, & Parentis affectu: aliud contra aduersarius crucis animo desuare.

5. Et quanquam eo animo se Deus, & affectu erga peccatores omnes, etiam præcitos gerat, dum eos æternam temporalibus, verberat affligitque, vt vel si respiciamus id in peccatoribus prædestinatis, & clarius apparet, respicientia ac penitentia saltem finalis, æternæ salutis eorum effectus, probat in quibus Dei odium proprium exclusum, atque eius erga ipsos amicitia ante probatur specialiter ratione digna Augustino in Psalm. 130. ver. 1. qua nos suadet, ne inimicos aduersarios nos in hac vita exercentes oderimus his verbis: mandata tua sunt, vt exerceant nos, non eos oderimus: quia tu es qui malus es, & quis eorum, & vtrum in finem persequatur, ignoramus, & plerumque, cum tibi videtur esse inimicum, fratrem odisti, & nescis: etenim iam qui tandem fors æternum amicus futurus est: ob odium eius in se temporale, quodque vitæ breuiculus vitæ huius temporis, & mala officia non transierit, odisse ab omnibus est: vt eos, quos tales esse posse scimus, ac non tales factos nescimus, non debeamus odistatque Deus sit peccatores omnes prædestinatos, est eius inimici in se breui temporis viæ duratione finis, æternitate tamen non successura intimos sibi amicos, & ergo nec debet amicitia proprium in eos concipere; inique neque affectum amicitia erga illos deposcere valde, & bonitatis, prædictæ & magnanimitatis suæ compositus est. Confirmatur, quia nemo prudens, magnanimus, & benignus aduersus eos, quos breui odium itaque concipere statimque ad amicitia affectum, præsertim constanter reditos non odit, irascitur, odiumque concipit, nec pro tunc adhuc amicitia affectum exiit, ne dum cogitur deponere, id quod forte voluit recitatus Ambrosius num. 3. illis. Deus naturaliter non inuenit.

6. Rationi autem superiorum pro prima sententia addita num. 2. non testimonia, & rationes solum pro vltima conclusione & superioribus dispositionibus memorata num. 4. sed & recitata ibi testimonia Patrum proxima in terminis fere respondent: non ex Dei odio, & personæ displicentia, sed ex paterno affectu, & amore mala à Deo supplicia temporalia infligi. Ad argumentum ex repetitis scripturæ phrasibus, quia peccatores omnes, etiam viatores, Dei inimici dicuntur. Dicitur non sum tui inimici, cum consummate ex parte vtriusque, Dei scilicet, & peccatoris, sed solum ex parte peccatoris, quatenus ex parte huius ad inimicitiam consummatam, quæ in mutuo duorum odio stat, appositum odium est: vnde plerique eorum locorum synonymè, & inimi & qui Deum aduersus peccatores dicuntur testimonio recitato ex Psalm. 20. & recitatis ex Psalm. 67. immediate sententia eadem synonymè repetitur: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius, & pluries in scriptura peccatorum in Deum inimicitia per eorum in Deum odium explicatur. Ad hæc: cum Dei in peccatores viatores serius amor expressè à Deo asseritur ex eis locis hæc interpretatio erat admittenda: præsertim, cum propria etiam, & comuni eius vocis adnotatione inimicos dicamus, qui nos odio prosequuntur, eos non oderimus.

CERTAMEN II.

Odium proprium Deus in damnatos exercet.

1. Dicendum secundo cum Doctoribus primæ sententiæ adversus secundæ Assertores. Deum damnatos æternum ab instanti impendentis suæ mortis, ac per totam deinceps æternitatem proprio prosequi odio, id nos scriptura sæpe docet nominibus iræ, & furoris, quem in damnatos dicitur Deus exercere: quibus ij affectus proprietate sermonis Deo non tribuuntur, siquidem passionibus continentur, quæ in Deum non cadunt, vt mox videbimus: quare odium solum purum propriumque in peccatores Deo eis locutionibus tribuitur, is enim affectus solus, qui imperfectionem non continet, eis vocibus potest significari: id ipsum significatur vocibus vindictæ, & ultionis, quas tandem de perpetuo inimicis suis damnatis æqua frequentia Deum sumpturus in scripturis dicitur: secundo probatur ex Augustino proxime citato, eiusque ratione. Postquam enim ostendit merito non esse odio habendum peccatorem viatorem, de cuius ad Deum, & fraternitatem nostram, æternamque amicitiam charitatis reditu spes esse potest, subdit immediate postremis recitatis verbis, *Diabolus, & Angeli eius in scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem æternum sunt destinati, ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus certam lucem*: quare eos: vt pote, & Dei & nostri in odium Dei oblinatos perpetuo inimicos certo nobis notos, absque dissonantia vlla, & periculo Dei peccatores amicos, & filios, ac subinde etiam nostri æternos fratres, odendi, odium ex Dei amore, & charitate potest exerceri. Tertio ex testimoniis datis Prosperti, & Hieron. certam. 1. numer. 4. vbi ex eo præcisè eis locis Psalm. 103. & Psalm. 6. odium Dei proprium in peccatores viatores non contineri aiant: quia ex affectu salutis, & correctionis eorum paterno temporalia mala ipsis à Deo infliguntur: ad æternum damnatis æterna supplicia nulloquam ex Paterno Dei affectu mala tam poenitua quam priuatiua à Deo infliguntur: ergo non solum videtur infligi ex odio sed verè ac proprie ex odio infliguntur. Postrema præsertim illa Hieronymi repetenda ratio. *Aliud est cedere Magistri, & Parentis affectu; aliud contra aduersarios crudeli animo deservire.*

2. Ratio Theologica: quia odium proprium est vel le alicui malum, quia ipsi malum est & condigna displicentia ipsius, si odium rationabile, nec peccatum sit; vel potius est efficax ipsius displicentia ob sufficientem, & condignam eius malignitatem, malitiamque, ex qua efficax displicentia ipsi mala, & nociua amantur, vt conuersionis de anima ostendi: atque Deus, & condignam de æternè damnatis displicentiam habet, atque ex ipsorum displicentia illa efficax mala æterna illis eliciter vult, & amat: ergo proprie odit damnatos. Minor, quoad condignam, displicentiam de damnatis in æternum peccatoribus, probatur ex dictis controuersi, de necessitate Incarnationis contra infinitatem malitiæ, seu offensæ mortalis, quam ex æternitate pænæ damnatorum iustissimè, non solum ex iustitia legali (vt doctores sapientes non pauci difficultate oppressi solummodo volunt admitti) sed ex iustitia, etiam naturali, inferri concedunt: etenim distinctissimè ibi dignitatem formalem à dignitate valorosa pænarum, & illam quidem stare solum diximus in infensione, seu offensione obiectiua malitiæ, & peccati, quæ, quamdiu in persona persecutoris, Deo insensum reddit peccatorem, dignumque odio Dei constituit natura sua; sublata vero malitiæ eius conuersionem, & iustitiam peccatoris ius illud odij, & infensionis Dei mala ex eo affectu infligendi cessare: ac proinde, cum in damnatis non cesset, in æternum, ex coitate naturali suo Deum illos æternè punire; & minus

valde, quam iure illo possit se merito valoroso malitiæ & infensionis mortalium (quod limitatum est, maiusque subinde, & minus pro magnitudine malitiæ mortalis minore, vel maiore, & quamdiu satisfactum reatu pænæ non est, vel satis: passione, vel merito peccatoris, vel supremi Iudicis Dei gratuita remissione, & condonatione pænæ in sanctis, & iustis, quoad id, cui satisfactum iam non est, nec remissum, persecutor) se se accommodans.

3. Ius autem hoc naturale Dei ad odium erga graues peccatores, & infligendi, quamdiu tales sunt, mala, quæ velut ob dignitatem formalem malitiæ, & infensionis obiectiue mortalis, in odio Dei, quod in mortali quouis ab omni Theologia admittitur (in damnatis præsertim, qui Deum, & oderunt & non esse ex parte sui efficaciter, tametsi irritò, & inaniter expresse volunt) negarique tuto nequit, fundatur; etenim, qui alterius se inimicum constituit, eo ipso damnis odio, & malis, quæ ipsi ille pro tunc alter inferre possit, ac velit, tam poenitua, quam priuatiua eo ipso se exponit dignisque formaliter redditur; tametsi ob commune bonum, & rationalis Reipublicæ statum, & conseruationem nemo ex nobis ius, vel odio habendi, vel, puniendi inimicum habeat: sed supremo eius Reipublicæ Domino, ac iudici solum, & priuatiue, vt aiat, ius illud patet, qui id cunctis idè intimauit *mibi vindictam, & ego retribuam*. Cum autem Deus, & supremus Dominus, & rerum omnium arbiter, & iudex sit; nec alium superiorem, ad quem pro odij nostri, & infensionis, seu offensionis obiectiue in ipsis satisfactione & vindicta obtinenda prouocet, & appeller; odio & supplicis peccatorum pro infensione, & odio in ipsum nostro vindictam de peccatoribus sibi inferens, quamdiu tales sunt, ius plenum, atque absolutum habet; nec vtrumque pro suo nutu contra peccatorem exercendo contrarius, sed potius ex iure suo se gerit, & quidem reatu culpæ, quod in læthali à creatura pænæ diuersus est. Deique iustam infensionem, seu odium, solummodo respicit, nequit non reus constitui formaliter, qui illud in se admittit, eoque peccator formaliter constituitur: etsi non ita ample, vt omnium malorum, tam poenitiorum quam negatiuorum, ad quæ se Dei potentia absolute extendit reus formaliter læthali constituitur, quæ infinita sunt, sed quorum peccator est capax: quæ sunt finita. Quando vero illud in peccatores viatores non exercet, imò vero amorem vt vidimus pietatis elementariæ, & indulgentissimæ bonitatis suæ est: ex hac ergo doctrina (ex qua citato loco Theologica plura scitu dignissima deducebamus) claret Deum de damnatis peccatoribus pro tota æternitate ob læthalia efficaciter displicere: quod mea sententia idem ipsum est, quod eos proprie odisse.

4. Sed demus odium non solum efficacem de ipsis displicentiam, verum & inde ortam infligendi ipsis mala, quatenus mala ipsi sunt, requiri: neque id Deo erga damnatos deficit: in quos miseros tot Dei voluntate deplauit, ac æternè depluent mala: etenim ex ea peccatorum displicentia iustissima possunt iustissime depluere; neque ad eorum correctionem, & salutem, post decretum, & sententiam latam damnationis irreuocabilem à Deo ipsis decernuntur, & infliguntur, possuntque infligi: nec vllum est vestigium aliud amoris erga ipsos, ex quo eis à Deo tot mala decernantur ac inferantur; ergo ex displicentia Diuina efficaci erga illos à Deo infliguntur; sed iniquum aduersarij ex amore iustitiæ vindictiue à Deo ea mala infligi, eisque puniri delicta: quod quidem, & in se, & ipsi damnatis, vt partes Reipublicæ rationalis sunt, bonum, nempe eo modo quo possunt, pænali illa solutione peccati ad iustitiam reduci: ac sibi apto, & debito loco in inferno collocari; etsi ex damnato, vt priuata persona est considerato mala sunt, & nociua, qua ratione, & ex odio, seu displicentia ipsorum ob læthale adhuc, nusquam à Deo infliguntur sed solum è publicæ vindictæ, & eorum, vt pars rationalis Reipublicæ sunt, conuenientiæ amore, ita meditatus videtur Anselmus subtiliter à nostro Ruiz obseruatus in elucidario vers. med. vbi rogans: *quomodo Deus dicitur malos odio habere?* Respondet: *enim di- ligat Deus quæ creauit, sed non cuncta in uno loco locauit.*

Sicut pictor omnes colores diligit; sed quosdam præ aliis diligit, & unumquemque apto loco reponit: ita Deus unumquemque conveniente loco sibi disponit; idcirco dicitur eos diligere, quos in celesti palatio recipit, & illos odisse, quos infernali carcere mergit: & quidem, etsi peccatum malum sit, eius punitionem bonam esse, & amabilem amatamque de facto à Deo esse certissimum est ex Dionysio, cap. 4. de divinis nominibus, p. 4. seu inter medium & finem Augustini ad Simplicium, q. 1. post medium Dialogi contra Manichæos longe à medio.

5. Sed nec ego dubito punitionem iustam damnatorum in æternum bonam, neque vllatenus in se malam esse, atque ex iustitiæ vindictæ suæ, & boni publici amore à Deo volitam, & amatam: atque ex eo præcise odium Dei in se damnatos non exerceri propriè: sed vltimus contentio eadem mala, vt ipsis priuatim sumptis, atque, vt personæ particulares sunt ex eorum displicentia ob mortalis, etiam perpetuam, maculam, perpetuo etiam à Deo iustissime inferri ob rationes, & fundamenta data: id autem quod subtilius ex Anselmo respondetur, solum occurrit alteri difficultati iam opponendæ de amore vniuersali, quo Deus creata cuncta quæ absolute sunt diligit: atque hunc amorem volitione damnationis respectu damnatorum non deficere, etsi eos deteriore loco, quam Beatos quosque, tamen pro meritis, & dignitate reponat: id quod pictoris, & coloris exemplo demonstrat. At vero dilectionem Dei amicitia, & charitatis propriam, odiique proprii, & inimicitia exclusiua, & aduersam erga damnatos, nec admittit, nec admitti non solum à Theologo, sed nec à sano homine potest. Tum: quia generalis ille amor Dei rebus vt sunt, omnibus amicitia incapacibus communis cum capacibus amicitia non est: nemoque amicitia propriæ affectum ex parte Dei erga perpetuos eius inimicos concessit, audebitque concedere: etiam ex eis, qui Dei odium erga ipsos negant. At dices primum, ac præcipuum bonum cuiusque est suum esse: ergo, qui vult alicui, & amore suo dat, & conseruat ipsius esse, vt etiam Deus dat & conseruat damnato, vult ipsi præcipuum, imò summum ipsius bonum: ergo propriæ amicitia ex parte sua (si capax redamandi ille sit) ipsum amat: siquidem amare propriè est velle alicui bonum. Respondetur, creaturæ rationalis bonum proprium non esse eius esse, vt de Iuda proditore apud Matthæum Dominus expressit illis verbis: *bonum erat ei, si natus non fuisset*: quo eius non esse melius ipsi fore, quam esse satis docuit: est siquidem præcipuum, ac summum eius bonum summa, æternaque beatitudo summum autem eius malum perpetua eius priuatio, ob quam, & cæteras æternas ærumnas damnati non esse vehementissimè, etsi incassum, desiderant: viuunt enim vt perpetuo pereant. Ad hæc Dei charitas, & amicitia ex parte adhuc sui ad supernaturale bonum terminatur, quod vel supponit, vel disponit, aut intendit; esse autem ipsum creaturæ rationalis mere naturale est, et si in eo ordine sit præcipuum: quare ad determinandum amorem amicitia Dei proprium est prorsus ineptum.

6. Dices per nos Dei odium in damnatos ob dignitatem formalem malitiæ, & maculæ, & infensionis obiectiue est iustissimum: ergo concipitur à Deo eiusmodi odium in damnatos ex affectu iustitiæ: ergo non ex displicentia de damnato, seu quia eius malum est, sed quia odium illud bonum, & honestum Deo est, atque ei sui, suæque iustitiæ amore: hic autem affectus, vt auersio à damnatis sit, non autem odium propriè erit; quod essentialiter ex displicentia personæ, non autem ex amore odio habentis concipi, atque in malum alterius, qua malum illius est, non autem, qua bonum odio habenti est debet ferri. Hoc argumentum male Vasquium nostrum vexat loco citato in confirmatione rationis, præcipue vbi illud voluit præoccupare, ac reliquos ipsi, & nobis in hac conclusione consentientes insolubiliter vexabit, qui ad omnem actum virtutis propter ipsum honestatis virtutis illius requirunt: quibus ego, vt plurimum assentior; non autem quoad amicitia virtutem: quæ omnium sententia ex complacentia personæ ob eius bonitatem essentia sua esse debet; quin ex honestate, & conuenientia morali nostra, & quia bonum nobis, &

ex complacentia tandem nostri, esse possit: quod ipsum in odio inimicitia amoris amicitia opposito contingit, quod si obiectiua rationem mali intra rationis dictamen rectum, ac iustum in obiecto odio habendo habeat: (vti Deum habere in damnatis vidimus) ob illam solam efficacem displicentiam de altero honestissime habebit; etsi huius honestatis gratia odium in illum non eliciat; imò vero, si odium proprium sit ob eius honestatem elici nequit: vt obiecto, & amoris amicitia propriæ exemplum probat; sed actus ille ob odii honestatem, elicitus reflexus actus supra odium directum erit, alteriusque speciei ab illo: quare neganda est consequentia prima ex doctrina hac, valde obiectuata ad distinctionem actuum supernaturalium vere Theologorum ab aliis supernaturalibus qui tales apparent designandam. Inquires ergo ex displicentia, & odio in damnatos poterit Deus eorum præcipuum malum, nempe peccatum, eis velle. Negatur consequentia: quia, etsi ipsi malum sit, essentia sua Deo etiam eiusque dictamini disconnectionis est: quare si essentiam ex parte amari à Deo non potest quin Deus ipse peccet: quod est impossibile. Accedit: quod, si Deus amare illud sub ea ratione posset, posset etiam ob illud in damnato sibi complacere: & contradictione alia inde placere Deo damnatus posset, vnde maxime, & vnde displicet: aliaque rursus contradictoria facile inferrentur.

QVÆSTIO III.

De Cæteris fuga, & auersionis diuina affectibus.

Elucis auersionis affectus ab odio habentis terminato diuersos disputationis præfatione reuertimus, & explicuimus, etsi summarie satis, idcirco nihil de eis huius questionis præfatione.

CERTAMEN I.

De Fuga specialis timore, dolore, seu tristitia statuitur.

1. Timorem propriè dictum Deo non conuenit concors Theologorum contra Iudæos reposita à S. Thom. 1. cont. gent. cap. 91. sententia est. Ratio est clara: quia ex Damasceno 2. de fide cap. 12. *Timor est imminentiæ, & expectari mali auersio*; in ratione vero imminentiæ, & expectationis mali inuenitur arduitas, & difficultas resistendi, & vitandi malum illud, vt bene S. Thom. 1. 2. question. 47. a. 2. & question. 41. a. 1. & patet, quia nemo de his, quæ vitare facile potest, timet. Atqui Deo nulla est, esse potest resistendi cuius malo, illud vitandi: ergo Deo proprius timor malum, omnino repugnat. Hinc S. Thom. question. 41. art. 3. ait nos de peccatis nostris timorem non posse habere: quia nostro arbitrio in sui existentia subdantur, nisi eis quia nostro arbitrio in sui existentia subdantur, nisi eis, siue intrinsecæ passionis siue extrinsecæ inducentis vehementer inclinans ad peccatum ardua nobis ac difficilis reddatur. Addo rationem secundam: quia in voce illa expectati, seu expectationis, & imminentiæ mali imminet, & mali futuri cognitio præuia (cum mali possibilibus præcise timor esse nequeat: eaque cognitio de futuri non certa, & infallibilis timentis, sed solius coniecturalis, mali enim alicui euenturi certa scientia, nusquam timidum reddit, sed attonitum: vti res metu futuræ ex capitali inappellabilis sententiæ damnatione certo futuræ ab ipsis cognitur, & indicatur quousque

reuerentia experitur; atque coniecturalis, ac non profus certa, & euidens de omni euentu futuro scientia Deo repugnat: ergo & timor. Mitto scripturæ loca, quæ pro hac conclusione à nonnullis, etiam nostro eruditissimo Ruiz d. 54. sect. 4. num. 5. afferuntur, quia infima nec ad litteram illud solum doctè ibi pro conclusione obseruauit, quam in scriptura timorem de Deo dictum; cum tamen affectus alij, qui Deo proprie non conueniunt, dolor, penitentia, tristitiaque, sed metaphoricè solum, dicuntur, quia aliquid eorum ad instar Deo proprium eis nominibus significatur: quo satis ostenditur euidens valde esse timorem (addiderim timoris, vmbra adhuc, qualem qualem) Deo repugnare.

2. De tristitia proprie tali, seu dolore, ac penitentia de malis absolutis in Deo non esse æque concordēs Theologi omnes contra memoratos Iudeos reiciendam à Deo censent. Primo quia summa beatitudinis diuinæ delectatio à Deo indefectibilis, inabdicabilis, atque in sequestrabilis eiusmodi affectus pati nequit. Secundo, quia è sui amore de malis etiam culpe non potest Deus dolere, aut tristari: quia nullatenus ipsi mala & nociua sunt. Neque ex charitate hominum peccatorum quibus sunt mala & nociua probat Ruiz, quia culpa ipsa lachryli, quam admittere, sunt inimici, de quorum proinde malo dolendum Deo non est. Ceterum nihilominus Deo chari, est ipsi non redamant, sed ipsum oderint, peccatores per te sunt: ex nostroque amore, non autem ex ipsorum in nos dilectione de chariorum malis dolemus, atque tristamur: Dei ergo de peccatis nostris dolor inde non repugnaret. Melius ea repugnancia probatur ab eodem ex definitione doloris, & tristitiæ apud Augustinum 14. de ciuit. cap. 15. long. à med. dicentem. *Autem dolor, quæ tristitia nuncupatur, diffinitio est ab eo, quæ nobis nolentibus accidit*: At Deus, est qui tenens ex parte sui est, efficaciter, & serio nolit esse peccata; tamen absolute, & quatenus ex parte creaturæ voluntatis est absolute efficaciter non vult peccata non esse, ne ledatur, vt diximus, illius libertas: imò voluntarie vult eorum permissionem, cum eueniunt: ac proinde, vt non sint peccata, ex parte hominum ad huc, & effectum carens, ac non efficax, è voluntaria, ac libera Dei electione est: quæ autem libere alicui, atque ex electione voluntas efficax, quantum ipsi potest, mali vitandi, non est de mali eius aduentu dolorem ingenerare, aut tristitiam apta non est: in eo enim, quod de efficacia voluntatis ad illud vitandum omittit, & permissiva voluntate mali illius, cum aduenit, tolerantie se sponte conformat: ea vero conformitate tolerantia adiutante, si quid quantumque malum sit notum ei, qui ita se conformauit, fuit, de eius aduentu dolor locum non habet: itaque illud nolentibus nobis intelligendum est, quantum possumus: aut nolit peccata, seu voluntas, vt peccatum non sit, Deo in quantum ipse potest, non adest; licet seria, & sufficienter actiua, & aliquomodo efficax sit, vt peccati malum homini non adueniat: ac proinde neque ex eius aduentu, & charitate erga homines tanto pressos malo tristari potest, nec dolere.

3. Vnde patet solutio ad dolorem penitentis de peccatis, cuius voluntas est absolute inefficax sit, de commisso peccato, vt nec fuerit, nec tunc sit, cum sunt, quod est impossibile; tamen eius inefficacia ex impossibilitate obiecti venit, non autem ex voluntate penitentis, qui ex parte sua, quantum potest, efficaciter vult illa non esse, nec fuisse, vt bene Ruiz à num. 12. conclusionem non Theologi omnes solum, sed & Patres nobis dederunt, sufficiat in re adeo certa Isidorus cap. 57. sentent. de summo bono initio sic fanis. *Nostro usu zelare Deum dicitur; vel dolere: horum enim motuum apud Deum perturbatio nulla est apud quem tranquillitas summa est, ex quo loco & dictis hæcenus claret scriptura loca, quibus de Deo dolor, penitentia, tristitia dicitur, vt Genes. 6. Ezech. 20. Zach. 11. Isai. 10. ac pluries alibi, per metaphoram scripta fuisse: vt aliquid aliud affectus proprii Dei nobis per eiusmodi locutiones innosceret.*

4. De fuga specialiter dicta, atque desiderio contraria, quæ nihil aliud est, quam nolitio, vt sit malum, quod nondum est, neque imminet, sed tantum

cognoscitur possibile, seu volitio vt tale malum nobis non sit, concurs adeo non est Theologorum sententia conueniat Deo necne? Ruiz noster cum aliis (atque ex sententia vt putat S. Thomæ) hunc affectum Deo denegat, sicut supra desiderium Deo negauit: quia malum, quæ nunquam, vel pro aliquo tempore futura sunt, scientiam certam habet, inde pro illo eorum negationes præsentis Deus, & habet, & videt: quomodo ergo fuga hac speciali, vt non sint, pro ea duratione videret? solum ergo poterit de absoluto, & præfenti eorum non esse, seu negatione gaudere Melius Vasquez r. p. d. 84. cap. 1. Suarez 3. de attribut. cap. 7. numero 61. Heuze d. 20. cap. 4. §. 8. *Et reliquit*, quos supra contra Ruiz pro desiderio proprio boni nondum haberi, citauimus, vti & argumentum reiecit: nunc affectui fugæ applicam: etenim ex scientia simplicis intelligentiæ, quæ abesse & adesse absolute obiecti præcendit, vult, vt sit bonum, & vult non esse malum: quod est malum fuga speciali propria prosequi, bonum vero proprio desiderio, & quidem per omnes decernere efficaciter potest Deus, vt sit, id quod possibile præfinit: & vt non sit malum pro statu possibilitatis ab ipso cognitum: assigna ergo mihi speciem propriam eorum decretorum. Neque enim gaudium est decretum illud efficax boni, cum tendat, vt sit, quod per illud erit; gaudium vero non est tendentia voluntatis ad rem, vt sit, sed ad rem, quæ esse supponitur, iamque ante illud præfens: & efficaciter illi voluntari, vt malum non sit speciem propriam designa: quæ desiderium vt non sit non esse possit, ergo in ratione tua contra proprium desiderium, & fugam voluntatis diuinæ aperta equiuocatione laboras: dum signa posteriora, & obiecti, & scientiæ ad desiderium, & scientiam, quæ hoc regulandum est, siue efficaciter, siue inefficax desiderium, aut fuga sit, ad signum prius scientiæ, quo regulatur, & ad statum possibilitatis, quod solum ad scientiam eorum affectuum regulatum, & directricem supponitur, manifesta contradictione retrotrahis, & reuocas.

CERTAMEN II.

De ira Dei deciso.

1. Theologorum, Catholicorum super Dei ira, vel admittenda, vel releganda dissidia de nomine tantummodo esse queunt, idcirco neque in eam concedentes Deo, neque in negantes censura aliqua Theologica ferri merito potest, est affirmantes Philosophica reprehensione digni iure habeantur: quippe qui statim in Philosophia iureque proinde suo immobilem definitionem, & philosophicam dignitatem, & principium citra controuersiam omnem supponendum, quam disputandum, mouent quod tamen vitium video à plebique, quandoque non contemnendis, incurri: velut se à difficultatibus contra communes opiniones facilius expediant, vel, vt nona quædam sua in scholas inducant: quod, si liceat breui, facileque quique, vel mediocri discursus totam posset impune philosophiam, & Theologiam susque deque mouere, inuicere & peruertere: videant ergo, qui arte huiusmodi Theologiam, aut Philosophiam à se motam gloriantur, quantum gloriantur? igitur Lactantius toto libro de ira Dei maxime à cap. 17. iræ propriæ affectum Deo concedit, sic iram definiens: *Dei motum animi ad coercenda peccata insurgentia*: cui consensisse videtur Alexand. p. 2. quæst. 156. m. 2. ante med. m. 4. sub finem, eam definitionem non memorans, sed nec communem supponens: quare illam Lactantij æstimo supposuisse, eidem conclusioni adhære ex instituto Soarius 3. de attribut. cap. 7. numer. 8. ac fusius opusculis disput. de iustitia Dei sect. 5. iram statuentis in affectu iusto vindictam de peccatis faciendi: quo pacto itam Dei videtur definisse S. Thom. 1. 2. quæst. 47. art. 1. ad 1. quæstion. 48. art. 6. & 7. cum tamen ibi, quid ira nomine in Deo significetur in scriptura solum doceat, non tamen illud propriæ iram esse. Ratio vnicuique

igitur definit contra prevaricatores quosdam penam, tunc
à nobis israeli dicitur, quam iracundia affectionem ferre
nequit: consonat Epiphani. hæc. 138. post med. Hi-
lar. in Plalm. 2. ad id. Tunc loquitur ad eos in ira sua;
Hieron. ad id Plalm. 29. quoniam ira in indignatione eius:
& in illai. 65. ad id: isti sumus. Malach. 1. Esau autem
eduo habui. August. in Plalm. 105. ad id: iratus est su-
per Dominum: epistol. 157. ad Optat. vers. med. 13. de
Trinit. cap. 16. vers. fin. Iulior. 1. sentent. de summo
bono cap. 16. initio. Cyprian. epist. vers. fin. post lib. 5.
epistol. in lib. 1. penitent. metaph. de Deo iram dici ait:
sicut & Damascen. 1. de fide cap. 14. sub fin. & frequen-
tissime Origen. homil. 2. in 2. Iudic. sub fin. & ad id Ro-
man. 1. reuelatur ira Dei & 4. contra celsum long. à
med. Anselm. in 1. ad Thellalon. & in cap. 2. post med.
denique frequenter scriptura locutioni Patrum omnium,
& interpretum concursus hæc interpretatio satisfacit. Ra-
tioni vero inde petita, atque pro similibus frequentie lo-
cutionum scripturae proprietate nobis etiam visitata, &
efficaci, responderetur: in eis vocibus aliquid, quod pro-
prie Deo conveniat, nec aliis aprioribus nostris expri-
bi queat, significari: ad affectum vero penitentium, qui
solum in Deo est, ut hæc vidimus, voces habemus
proprietas: quate proprietate sermonis aliarumque simul
Deo indignum aliquid significat, vltim & acceptio-
nem non licere. Secundo: neque vllam vocem proprie
ad Deum transferri vltim, quæ essentiali conceptu
obiectum, & significato suo, sed solum comitante, in
creaturis perfectionem significat: ira vero, ut vi-
dimus essentiali conceptu suo passionem, & dolorem,
ut occasionale obiectum, seu motuum suppositum con-
significat: ut penitentia peccatum, & debitum re-
stitutionis.

DISPUTATIO VI.

De ordine decretorum seu affectuum
liberorum Dei.



IBERIS Dei affectibus, & vniuersim
adfortis, & speciatim recensitis, quem
nam interfectio intentionalis pure (quam
solum in diuinis affectibus admitti pos-
se diximus) prioritatis, aut postero-
ritatis seruare possint, ac seruent, exa-
minare proximum est: & primo ablo-
lue an intentionis, & executionis ordo inter liberos Dei
volitiones intercedat. Secundo inter volitiones liberas
efficaces, quæ solæ decreta diuina sermonis proprietate
nuncupantur, & respectu quorum effectum possit inten-
tionis & executionis ordo inter eiusmodi decreta admi-
ti: an etiam respectu creaturarum actionum liberarum?
quod ipsum est, ac querere de præfinitionis, seu inten-
tionis efficacis diuinæ de nostris liberis actionibus, siue
vltioribus effectibus earum interuentione obtinendis
possibilitate quæstio quidem inter scholæ Thomisticæ ac
nostræ Iesuiticæ Doctores celebris, & subtilis; quan-
tas, nisi, qui scientiæ nostræ mediæ naturam, & essen-
tiam intus penetrant, agitare tuto, & citra aber-
randi periculum minime poterunt, ut suo loco patebit.
Non agimus autem de prioritate volitionis necessitatis,
quæ se dilige prioritate specificatiui adæquati prius,
quam volitio eadem prorsus emittatur, & identice in-
fectiui ad creaturam extendatur, ac se se explicet. De eius-
modi enim prioritate, quali, quali, nulla est, esse apud
Theologos quæstio potest.

Christoph. de Ortega de Deo Tno, Tom. II.

QVÆSTIO I.

Quisnam ordo diuinarum voluntatum
liberarum assignari possit, ac
debeat.

Ac in re multum inter Theologos non sine con-
fusione, & æquiuocatione plerumque disputatur:
quare prius certa, quæ omnibus esse in hac quæstio-
ne debent & in quo dissidium esse apud doctos possit,
exacte explicandum, statuendumque est: ut, in quo
docti nostri Magistri reipia dissident, est aliud pro-
positionibus absolute sonent, deprehendantur, solidius-
que, ac tutius super eorum oppositione ferri iudicium
queat.

CERTAMEN I.

Quæ certa omnibus esse debent, &
difficultatis seu controuersie sco-
pus proponuntur.

1. S Tatuendum est primo ordine executionis solum
considerato decreta executiua de facto remotio-
rum mediorum à fine priora esse decretis executiuis pro-
ximiorum fini vera intentionali, quasi naturæ priori-
tate: atque in hoc nullam posse esse controuersiam: si-
quidem remotiorum mediorum, quæ de facto sunt, exis-
tencia præsupponi debet, ut in proximiora media influant,
exigantque Dei concursum ex parte sua executiui in
proximiora, & hæc in alia, & immediatum fini in fi-
nem ipsum: ac proinde eo ordine Dei decreta executiua
(sine quibus absolutam existentiam, & concursus diui-
ni exigentiam habere non possunt) debent aliis præce-
dere: ut eo scilicet executionis ordine decretum executi-
uum finis postremum sit. Dixi statuendum imprimis hoc
bona nostri Ruiz de Montoya pace, qui Recentiorum quo-
rundam doctrinæ à se vniuersim impugnata d. 24. sect. 1.
num. 2. ex parte consensit num. 9. & 10. asserens ordinem
executionis respectu diuinorum decretorum extrinsecam
denominationem à rebus volitis Dei decretis esse, solum-
que esse in his, ut summum, ut obiectum volitum: qua-
tenus vult hanc rem medium, vel remotius, vel proximius,
atque illam finem esse, cumque inter se se ordinem ser-
uare: quare & ordo hic executionis rerum diuinæ volun-
tatis obiectum est. Cæterum ipsum executionis ordinem
formaliter, & per se neque esse, neque posse intercedere:
quia ordo ille executionis semper est efficientia, aut cau-
salitatis materialis, quæ inter diuina decreta esse nequit:
cum nullum aliud actus causet, vel disponat ad illud. Sed
hanc ipsam rationem impugnauit ipse in Recentioribus
illis num. 2. & omnem imperantis actus intentionisque &
electionis ordinem cum illis Recentioribus reddit contra
ipsum impossibile, confirmatione subiungit ad rem hanc
inutilem, ut quæ impossibilitatem ordinis executiuorum
decretorum ab ipso asseram, & confirmandam non pro-
bet, sed solum posse esse finis, & mediorum volitionem
eandem, atque electione medijs cum finis intentione iden-
tificari ac proinde absque vilo ordine prioritatis veræ fi-
nem, & mediæ amari à Deo: quod aliud est infra dispu-
tandum. Ratio vero à nobis breuiter data, demonstratio
ordinis formaliter in decretis diuinis executiuis atq; ipso-
rum conceptionis à Deo omnino est: cum probet eviden-
ter vnum à Deo concipi, & existere intentionaliter prius,
quam aliud ita à Deo concipiatur, quod illud præconce-
ptum, & prius habitum existensque in Deo supponit.

V 2. Rei